Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

parvulorum tuorum: qui defe
cerunt in fame et capite
omnium compeditorum. Vide domine
et considera: quo vindemia
veris ita. Ergo ne come
dent mulieres fructum suum:
parvulus palme. si occidetur
in sanctuario domini sacerdotes
et prophete. Iacuerunt in terra
foris puer et senex. virgines
mee et iuvenes mei ceci
derunt in gladio: interfecisti in
die furoris tui. percussisti nec
misertus es. Divisiones
aquarum deduxit oculus meus:
in contricione filie populi mei. Oculus meus afflictus est nec
tacuit eo quod non esset requies.
donec respiceret et videret dominus
de celis. Lapsa est in lacum
vita mea: et posuerunt lapi
dem super me. Inundaverunt
aque super caput meum. di
xi perii. Invocavi nomen tu
um domine de lacu novissimo:
vocem meam audisti: ne aver
tas aurem tuam a singultu
meo et clamoribus. Appro
pinquasti in die quando invocavi
te: dixisti ne timeas. Iudi
casti domine causam anime mee:
redemptor vite mee domine deus meus.
Gr. xiii Propicius esto. Alleluia. V. xii Deus
iudex iustus. Secundum Lucam.
In illo tempore: Factum est in una
dierum et ihesus ascendit in navi
culam: et discipuli eius. Et ait
ad illos. Transfretemus trans
stagnum. Et ascenderunt.
Navigantibus autem illis: ob
dormivit. Et descendit pro
cella venti in stagnum: et com
plebantur et periclitabantur.
Accedentes autem: suscitaverunt
eum dicentes. Preceptor pe
rimus. At ille surgens increpa
vit ventum et tempestatem aque:
et cessavit. Et facta est tranqui
llitas. Dixit autem illis. V
bi est fides vestra? Qui timen
tes mirati sunt ad invicem
dicentes. Quis putas hic est?
Quia ventis imperat et mari.
et obediunt ei. Off. xiii Sicut in